

Ad obs. 61. Nota Cataractas non esse pelliculam, quæ acu removetur, sed crystallinum humorem obscuratum, quem à loco depellit acus ruptis ejus nervulis suspensoriis.

Ad obs. 71. in conditura fructus (ribes) saccharo confecta vidi multas figuras tanquã è saccharo sponte conflatas folia ejus arboris optimè referentes.

Ad obs. 86. anno 1656. Diepæ in mare decidit globus igneus, quo mare ad 7. palmos auctum multas naves evertisse asseruerunt, quod forsan à simili magno lapide fulmineo processit.

Ad obs. 93. fuit & vir longævus in Anglia qui hanc longævitatem attigerat vomitu simili, sed baculo balenaceo id est flexibili, cum linteo in capulo probè alligato & usq; ad stomachum per guttur immisso omnia in eo contenta rejiciebat baculum enim contorquendo stomachum suum tanquam vas mundeabat.

PETRI BORELLI,
MEDICI REGII
CASTRENSIS,
HISTORIARUM,

ET
OBSERVATIONUM RARIORUM
Medicophysicarum, Centuria IV.

OBSERVATIO I.

De Basilisco,

T

Dum